

Anno B

Lectio prima

*Aures surdorum patebunt,
et aperta erit lingua mutorum.*

Lectio libri Isaíæ prophétæ

35, 4-7 a

Dícite pusillánimis: « Confortámini et nolíte timére; ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipse véniet et salvábit vos ».

Tunc aperiéntur óculi cæcórum, et aures surdórum patébunt; tunc sáliet sicut cervus claudus, et apérta erit lingua mutórum; quia scissæ sunt in desérto aquæ, et torréntes in solitúdine.

Et quæ erat árida erit in stagnum, et sítiens in fontes aquárum. — Verbum Dómini.

Psalmus responsorius

Ps 145, 7. 8-9 a. 9 bc-10 (R.: 2 a)

R. Lauda, ánima mea, Dóminum.

vel Allelúia.

- ⁷ Qui custódit veritátem in sáeculum,
facit iudícium opprèssis,
dat escam esuriéntibus.
Dóminus solvit compeditos. R.
- ⁸ Dóminus illúminat cæcos,
Dóminus érigit depréssos,
Dóminus díligit iustos,
- ⁹ Dóminus custódit ádvenas. R.
Pupíllum et víduam susténtat,
et viam peccatórum dispérdit.
- ¹⁰ Regnábit Dóminus in sácula,
Deus tuus, Sion,
in generatióem et generatióem. R.



<https://ccwatershed.org/hymn>

ONE OF THE main authors for the Church Music Association of America's blog declared (6/10/2022) that the *Father Brébeuf Hymnal* "has no parallel and not even any close competitor." That author also said (6/10/2019) of the *Brébeuf Hymnal* that it's "hands down, the best Catholic hymnal ever published. [...] It is such a fantastic hymnal that it deserves to be in the pews of every Catholic church."